

EXPOSITIO II.



Hec sententia, sic iungenda est cum superioribus, ut volunt D. Chryso- stomus homil. 66. Theophylactus, Albertus Magn. D. Thomas, D. Bona- uent. Hugo, Toletus, & alij. Dixe- rat Dominus immediatè antea sub similitudine grani frumenti, quod ex morte, ac passione eius magnus fructus esset prouenturus; nunc verò exhortatur nos omnes ad mortem, ac mortifica- tionem sustinendam, ut exinde multiplicatus fru- ctus nobis pullulet in vita æterna, ac proinde in- dicat Dominus, quod similitudo grani frumenti tam ad se, quam ad discipulos suos (proportiona- to modo) spectaret. Magnus, & optimus princeps qui eandem mensuram laborum, passionis, ac mor- tis sibi, suisque proponit.

Qui amat animam suam. Superiorem senten- tiam de grano frumenti etiam extendit ad suos, ut notat Lucas Burgenf. Qui amat immodico, ac immoderato amore plusquam oportet, animam suam, id est, semetipsum, & est duplex sensus. Pri- mus, Qui amat animam suam, id est vitam suam, ita ut fidem pro ea conseruanda deferat, perdat eam. Nam in æternam damnationem, ac mortem incurreret. Qui verò veluti odit animam suam in hoc mundo, ut pro fide tuenda, ac retinenda vitam solam amittat, ut fecerunt Martyres, is veram vi- tam nempe æternam inueniet. Secundus sensus traditur à D. Chrysofostomo citato, à D. Augustino tractat. 51. Beda, Carthusiano, & aliis. Qui amat animam suam: prauo nempe amore, ut cupidita- ribus carnis indulgeat, mundique oblectamenta sequatur, is perdat eam. Æternis nempe suppliciiis mancipabitur. Qui verò odit animam suam. Qui veluti odio habet eam, dum concupiscentiis legi Dei contrariis resistit, animamque à delectabili- bus abstrahit pro conseruanda Dei lege, ut faciunt Religiosi viri, hic custodit eam, ut æternam beatitudinis vitam à se assequatur. Et nota quod ait, qui odit in hoc mundo. Rectè Theophylactus: Nam quia videretur crudele, & graue mirgat illud per hoc, quod adicit in hoc mundo. Non enim, inquit, in immensum tempus iubeo haberi odio animam, sed in hoc transitorio mundo auersari eam. Deinde, cum ait, in vitam æternam custodit eam, præmij spe non excitat ad odiuam animæ propter Deum. Theo- phylactus: Emolumentum posuit, cum dicit, in vi- tam æternam custodit eam.

Chrysof. August. Beda, Carthuf.

Theophyl.

Præmij me mouentur.

44.

Si quis mihi ministrat. Si est aliquis qui se meum ministrum in aliorum, ac sua salute procuranda in ordine ad vitam æternam. Me sequatur: per imitationem operum, mortis, ac mortificationis. D. Chrysofostomus: Operum sequelam, ac imitatio- nem exigit. Per vias meas ambulet. D. Augusti- nus tractat. 51. Me sequatur, ait, vias meas ambulet, non suas. Mundus enim contemptui est habendus, ut Christo obsequia deferamus. Vbi ego sum, secundum meam diuinitatem, illic & mini- ster meus erit. Conforter enim erit meæ gloriæ, beatitudinis, ac æternæ felicitatis, ut explicant Rupertus, D. Thomas, D. Bonauentura, & alij. D. Augustinus: Vbi quis bene erit sine illo, aut quando esse male poterit cum illo. Et rectè ait: Qui mihi ministrat in laboribus, erit minister in gloria: Si quis mihi ministrauerit. Meus nempe sit discipulus, ac assecla. Honorificabit eum Pater meus. Homines vident bona merita rarè in mun- do præmiis affici. Repetit Christus præmium

Chrysof. August.

Rupert. D. Thom. Bouauent. August.

Rarè persol- uitur digni- pramium in mundo.

obtinendum, ut maximè nos certos, ac indubita- tos de illo reddat, & non ait Christus: Ego ho- norificabo eum, quia nondum de eo decentem opinionem conceperant, sed maiorem de Patre habebant, ut ait D. Chrysofostomus.

QVÆSTIO IX.

Quare Christus mandat, ut suis minister ipsum sequatur?

IT Christus in præsentia: Qui mihi mi- nistrat. Bonus ac verus Dei minister propter ipsum Deum, & non propter aliquod bonum temporale Deo præstat, ac ex- hibet obsequia, & ad nihil aliud attendit nisi ad solum Deum; cetera enim omnia ei vile- scunt. Vide suprà cap. 22. num. 68. & cap. 16. num. 84. 85.

Secundò. Tripliciter nos in præsentia Christus, excitat, ac exhortatur ad crucem, ac mortem sub- eundam: primò morte propofita in grano fru- menti. Nisi granum frumenti cadens in terram, &c. Secundò, in odio ad concupiscentia inordinata. Qui odit animam suam, &c. Tertio. In Christi se- questra. Qui mihi ministrat, me sequatur. Tripliciter ad dolores mortis sustinendæ nos prouocat. Pri- mò, quia his maximè repugnans est nostra natura. Secundò, quia maximè delectatur Deus, cum vi- det occasiones crucis ferendæ, ac perferendæ. Tertio. Qui toties de morte toleranda monet, maximè querit, ac laudat constantem virum, qui nullis difficultatibus cedat. Ait Paulus Roman. 8. num. 35. Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Nullis enim aduersitatibus, ac contrarietatibus virtus Apo- stolica cedit. D. Athanasius: Eris fractus illaba- tur orbis, spiritu arreptus sic fatur: Quis nos sepa- rabit, &c.

45. Obsequia danda propter Christum.

46.

Vir constans non cedit laboribus.

Rom 8.

Athanas.

47. Apocal. 2.

Constantia in aduersita- tibus lauda- tur.

Rupert.

Rupert.

Episcopo Thyatirensi dicitur ab Angelo tan- quam pro illius laude. Noui opera tua, & ministe- rium, & patientiam tuam, & opera tua nouissima, Apocal. 2. num. 19. Laudat illius ministerium in pauperes, & patientiam in laboribus, ac perfec- tionibus, & ait: Noui opera tua nouissima. Cur non dicit se scire in illo prima opera, sed tan- tum nouissima? Nam si hæc digna laude erant, etiam illa prima non erant contemnenda; cur ergo etiam illa non dicit se scire? hoc inter cæ- tera erat maximè laude, ac scitu dignum, quod in- ter tot aduersitates, ac contrarietates, firmus & stabilis perseueraret, nullis laboribus cedens, & ideo ait, noui nouissima opera: perseuerantia cor- roborata, qua semper in altius processerat. Rupertus lib. 2. in Apocal. Hoc noui, & approbo, quod de bonis profecisti ad meliora. Vide verb. Virtus, in Indice.

Tertio ad quæstionem. Ad hæc verba: Si quis mihi ministrat. Rupertus sic ait, in persona Chri- sti: Cum ego, ea via, vel ordine clarificandus sim, ut prius ponam animam meam pro salute multorum, sicut granum frumenti cadit in terram, & moritur, ut multum afferat fructum; non equum est, ut is, qui meum se proficietur ministrum, & ad hoc tendit, quo particeps mea sit clarificationis, animam suam ni- mium diligens, à proximorum utilitate se abscon- dat & illuc peruenire velis sterili orio, quo labo- riosa

riosa sanctificatione perueniturus sum ego non ita fiet: sed que mihi ministrat me sequatur. Superius dixit Dominus: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c. quo ostendit viam, per quam ipse multum fructum attulit, morte nempe, ac passione sua cadens in terram, nunc eandem viam suis asseclis ostendit, me sequatur, ad faciendum fructum in gloria, ac beatitudine. Valde enim alienum est à ratione, ut seruus illuc peruenire velit sterili orio, que laboriosa sanctificatione per- uenturus sum ego, Omnium supremus Do- minus.

Christus per Crucem, & nos per eandem viam in calum.

49. Luc. 23.

Christus per Crucem, & latro per illam in calum vadit.

50. Ioan. 19.

Marc. 15.

Qui calum expellat, Crucem non formidat.

Hugo.

Lyran.

Cum meus Iesus esset patibulo crucis affixus, simul & latro pendebar, & tunc ad Iesum ait: Domine memento mei dum veneris in regnum tuum, Luc. 23. num. 42. Totus intentus est ut regnum à Christo postulet, cur de doloribus, ac cruciatibus necis, ac crucis leuandis, vel abbreviandis non agit apud Christum? Cur non rogat ut de tanta angustia subleuetur, vel ut tam grauis pec- na ei minuatur? Affectabat ille Christi regnum, ac proinde diuino lumine illustratus agnouerat viam ad huiusmodi regnum, esse crucem, & mor- tem, exindeque qui regnum Christi quaesierat, illius viam passionem nempe non refugit, sed li- benter amplectitur, præcipuè cum videret, quod Christus Dominus per eandem passionis viam in regnum suum ingrediebatur; & ideo non de cruce leuanda agit, sed de regno assequendo rogat. Drogo Hostien tract. de Passione, dum de Latro- ne agit: Pœnam, ait, libenter amplexus est: Tu enim admohebas, ne pati abhorreeret, quod te secum pari videret.

Ioseph ab Arimathæa, Christi discipulus erat occultus propter metum Iudeorum, ut de eo scri- bit Ioannes 19. num. 38. Tamen cum Dominus Ie- sus exhalaret vitam in Cruce, narrat D. Marc. 15. num. 43. Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei audacter introiit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Si Senator erat Do- mini discipulus occultus, vnde modo tam ge- nerolos sumit spiritus, ut omnem Iudeorum metum contemnat? Erat ille expectans regnum Dei. Cum ergo ipse vidisset, quod Dominus per Crucem, ac necem ad regnum suum ascenderat, inde ipse sibi statuit per eandem viam esse per- gendum, proindeque ille, qui vsque modo erat discipulus occultus, iam sit manifestus, necem, Crucem, ac opprobria Iudeorum paripendens, ut Domino adhærens valeat introire in gloriam, Hugo ex D. Chrysofostomo. Audacter introiit, ait, qui primitus occultabatur, nunc denique aliquid magnum ausus est. In mortem enim se ipsum tradi- dit hostilitatem omnium suscipiens. Lyranus: Exem- plo mortis Christi animatus, ostendit se publice esse Christi discipulum. Vide, Labor, Persecutio.

QVÆSTIO X.

Quare Christus Dominus non explicat, quæ premia honorifica danda sint à Patre suo ministrantibus ipsi?

51. Cælestia præmia verbis non possunt explicari.

RESPONDEO primò. Non explicat Dominus, quali honore fidelis Minister sit à Patre suo honorificandus, hoc enim humanis verbis nequit explicari, nec infirmitas nostra valet percipere, satis tamen Dominus si- Syluæra in Euang. Tom. IV.

gnificat, cum ait, honorificabit eum Pater meus. D. Augustinus tractat. 51. in Ioannem: Quem ma- iorem honorem, ait, accipere poterit adoptatus, quam- vis sit, ubi est vnicus: non equalis factus diuinitati, sed consocius æternitati, ne vnquam deficiat felici- tas eius.

August.

52.

Nostri obse- quia exigua cælestia præ- mia super abundantia.

Secundò. Non exprimitur in particu- lari nostra obsequia, nec etiam præmia conferenda; ne ipse Dominus semetipsum extollere videretur, nos verò maximè deprimere. Nam obsequia nostra sunt exigua, finita, ac limitata vnus breuis temporis, & horæ; at verò præmia eius sunt valde magna, infinita, ac æterna, amor, felicitas, bea- titudo perennis. Ne ergo nostra exiguitas, & sua suprema amplitudo exponeretur, ideo vtrum- que sub silentio claudit; ac verò in hoc sæculo quoad temporales reges obsequia sunt valde ma- gna, & multi temporis, præmia verò angusta, & breuis spatij. Huc reuoca dicta superius cap. 7. num. 86. & 92.

Tertio. Amplissimè explicatur præmium cum dicitur: Ego sum, illic & minister meus. Hoc Iesus pro magna, & amplissima mercede ministris suis promittit, quod ibi sint, ubi ipse est, dum enim cum Iesu sis in eodem loco, eiuque felicissima societate fruaris, felicissimus semper eris, cum omni felicitate, ac bono repletus, ac satiat. Vide suprà cap. 14. num. 122. 123. & cap. 19. num. 15. & 16. & tom. 1. 2. ac 3. Verbum, Præsentia, in Indice.

53.

Vbi Iesus, ibi omnis felici- tas.

Quarto. Particulatiter non exprimitur præ- mium conferendum. Sed tantum dicitur: Hono- rificabit eum Pater meus. Cur pro maiori gloria, ac ac ostentatione non declarat, singillatim ipsum præmium? erat illud per merita, & ob merita conferendum, & quodcumque præmium sit, cum ex meritis proueniat, valde magnum, & honori- ficum consistit.

54.

Quidquid est ex meritis magnum, & honorificum.

Iacob cum iam senex esset. Diligebat Ioseph su- per omnes filios suos, fecitque ei tunicam polymitam, Genes. 37. num. 3. seu, ut alij vertunt, tunicam pic- tam, seu discolorè. Et statim subditur, quod vi- dentes fratres eius oderant eum, & non poterant quidquam ei pacificè loqui pro amore, maxime con- tra eum erant irati, ita ut eum tanquam seruum venderent in Ægyptum; valde mirum, quod ob vnam vestem datam Ioseph, ita in eum odio, fu- rore, ac maleuolentia exardescunt. Cum tamen vario rerum successu gubernante Ioseph totum Ægyptum; cum in illam descenderent fratres eius ob frumenta comparanda, cum eos agno- uisset, singulis quoque proferri iussit binas stolas, Ben- jamin verò dedit trecentos argenteos, cum quinque stolis optimis, Genes. 45. num. 22. Dantur Benja- min quinque stolæ, id est vestes optimæ, & ex- cellentissimæ, insuper eum data pecunia, & ta- men nullus suorum fratrum ei inuidet; cur er- go ipsimet fratres sic odio, ac inuidia exarde- scunt in Ioseph ob vnam vestem datam? Quin- que illæ vestes datæ Benjamin ob gratiam, & be- neuolentiam; at verò vestis polymita confer- tur Ioseph ob eximia illius merita, ut ait Rupertus: Fecit Iacob perfectò, iamq. pleno dierum, id est virtutum fecit tunicam polymitam, id est varietate distinctam vsque ad talos pertingentem, videlicet ob virtutum multiplicatam. Quinque vestes col- latæ Benjamin ob gratiam, & fauorem tanquam parum reputant fratres; at verò vna vestis exhi- bita Ioseph ob merita, & virtutes, ut valde ma- gnum, & honorificum appendunt, & inde luo-

55. Genes. 37.

Genes. 46.

Id, quod est ex meritis, & non ex fauore honorat.

Rupert.

te, & inuidia tabescunt, in eamque omni machinamento armantur.

Ioan. 12. n. 27. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora: sed propterea veni in hanc horam.

Num. 28. Pater clarifica nomē tuum. Venit ergo vox de cælo: & clarificaui, & iterum clarificabo.

Num. 29. Turba verò, quæ stabat, & audierat, dicebat, tonitruum esse factum. Alij dicebant: Angelus ei locutus est.

VERSIONES.

Syrinc. n. 27. Nunc anima mea ecce turbata est. Et quid dicam? Pater mi, libera me ab hac hora.

Tertul. aduers. Pater saluum me fac de Prax. cap. 3. ista hora. Atquin propter hoc veni in istam horam.

Arabicus. Sed veni propter hanc horam.

Syriacus n. 28. Pater glorifica nomen tuum: Et vox audita est de cælo: glorificaui, & iterum glorificaturus sum.

Vatablus. Pater illustra nomen tuum. Venit ergo vox de cælo dicens, & illustraui, & rursum illustrabo.

S. Hilarius. Pater honorifica nomen tuum: venit ergo vox de cælo: & honorificaui, & iterum honorificabo.

Euthym. n. 24. Cum audisset turba, quæ adstabat.

Arabicus. Et dixerunt tantummodo tonitruum esse factum; alij autem dicebant, imò Angelus de cælo ei locutus est.

Syriacus. Angelus ei colloquutus est.

EXPOSITIO III.

56. Series textus.

NUNC anima mea. Inferior affectus, ac appetitus lenitius. Turbata est. Egerat Dominus immediate antea de sua morte. Nisi granum frumenti, &c. Nunc ex consideratione, ac aspectu ipsius eminentis mortis, permisit in se excitari naturalem hunc eiusdem mortis horrorem, vt fit in nobis, passionibus timoris, ac tristitiæ, & hoc horrore seipsum turbauit, Euthymius: Anima scilicet mea: Humano modo

Euthym.

commota angore trepidat propter instantem mortem. Et turbati voluit, vt se non tantum Deum ostenderet, sed etiam, vt ait N. D. Cyrillus, verum hominem; vel etiam vt ait D. Chryostomus homil. 66. vt se doloribus mortis declararet obnoxium, ne quis diceret, quod ipse exhortabatur ad mortem, cuius doloribus carebat, vel vt ait D. Augustinus tract. 52. & ex eo Beda, quod Christus in se voluit suscipere infirmitates nostras. Vnde ait Theophylactus: Si rectè consideraueris, inuenies, quod turbati ipsam adhortatio sit ad contemptum mortis.

Et quid dicam? D. Chryostomus citata homil. 66. Non habeo, ait, quid dicam, ereptionem quaerens. Vt explicat R. P. M. Celada in Esther cap. 22. §. 83. num. 6. Non sunt excusationes, quas dicam ereptionem mortis quaerens, sed tantum: Pater clarifica me ex hac hora. Id est Pater si vis, & tibi placet libera me ab hac instanti agonia mortis.

Vnde notant N. D. Cyrillus, S. Augustinus, Rupertus, Beda, S. Thomas, & alij, quod similis est hæc oratio illi habita in horro. Pater mi, si fieri potest, transeat à me calix iste. Quæ fuit oratio inefficax partis inferioris, siue naturalis appetitus, qui mortem refugiebat, vnde eam statim pars superior scilicet mens, ac voluntas, intenta in Deum corripit, efficaciterque dixit: Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat; sic & in præfenti pars inferior ex naturali horrore mortis dixit: Saluifica me ab hac hora, mortis nempe; tamen statim, & absolute cogitur à parte superiori. Sed propterea veni in horam hanc: vt faciam voluntatem tuam, mortem subeam, & calicem passionis bibam. Theophylactus: Ut pro omnibus mortem suscipiam. Sic Leontius, D. Augustinus, D. Chryostomus, Beda, Rupertus, & alij.

Pater clarifica nomen tuum. Seu vt alij legunt, glorifica. D. Chryostomus: Non dico, ait, libera me ex hac hora, sed Pater clarifica nomen tuum: per mortem meam à te decretam, ac prædefinitam, quam libenter accepto, vt glorificetur nomen tuum, futurum est enim, vt inquit D. Cyrillus, & Chryostomus, vt post mortem meam, nomen Dei agnoscat, ac veneretur in toto orbe. Quo declarat, ait Caietanus, affectum suum non tendere ad gloriam propriam, sed ad gloriam Dei: hoc enim significat petitio ista. Tunc vt responderetur orationi Iesu. Venis ergo vox de cælo, & clarificaui. Primò communicando ei vt filio meo vnigenito meam claritatem, maiestatem, diuinitatem ab æterno. Ioan. 17. Clarifica me tu Pater apud te ipsum, claritate, quam habui, priusquam mundus esset apud te. Vt interpretantur D. Augustinus, Beda, D. Thomas, D. Bonauentura. Secundò, per eundem creando mundum, & omnia, quæ in eo sunt. Ita Rupertus. Tertio clarificaui, ait D. Augustinus, cum de Virgine natus est, cum virtute operatus est, cum cælo indice per stellam à Magis adoratus est, cum in monte transfiguratus. Et vox delapsa est de cælo. Hic est filius meus dilectus. Sicut & in Baptismo. Et iterum clarificaui. Ait Chryostomus, per Crucem, & resurrectionem, ac Ascensionem in cælum, missionemque Spiritus sancti in Apostolos, quorum prædicatione, ac miraculis, totus orbis adducendus erat, vt Christum filium Dei, eiusque æternum parentem recognoscerent, ac adorarent. Ita D. Cyrillus, D. Chryostomus, Theophylactus, Euthymius, D. Thomas, D. Bonauent. Iansenius, Maldonatus, Cornelius.

Cyrrillus, Chryost.

August. Beda.

Theophyl.

57. Chryost. Celada.

Cyrrill. August. Rupert. Beda. D. Thom.

Theophyl. Leontius. August. Chryost. Beda. Rupertus.

58. Chryost.

Cyrrill.

Caietan.

Ioan. 17.

August. Beda. D. Thom. Bonauent. Rupert. August.

Chryost.

Cyrrill. Theophyl. Euthym. D. Thom. Bonauent. Maldon. Iansen. Cornel.

Turba

59. An vox fuit et articulata. Chryost. Theophyl. Euthym. D. Thom. Lyran. Caietan. Hugo. Rupertus. Maldonat. Barradas. Burgenf. Cornel.

Turba ergo que sedebat, circa Iesum; & audierat sonum vocis: dicebat tonitruum esse factum. D. Chryostomus ait, omnes, quod articulata quidem esset vox, nouerant, sed quid significaret non capiebant. Idem habent Theophylactus, & Euthymius. At verò D. Thomas, Lyranus, Caietanus, Hugo tenent: In turba quosdam fuisse hebetiores, alios acutioris ingenij; desidiosos, & carnales percepisse sonum tantum, acutiores verò articulatam vocem intellexisse. Aprior tamen est interpretatio Ruperti, quam sequuntur Maldonat. Barradas, Lucas Burgenf. Cornelius. Omnes adstantes vocem articulatam intellexisse, eiusque significationem percepisse, quod Iesus nempe erat filius Dei, verusque Messias promissus in lege, tamen cum vox fuisset valde magna & breuis, ob illius magnitudinem sibi persuaderunt non fuisse vocem, sed veluti tonitruum, vel certè Angelum fuisse ei locutum, ac proinde vocem non solum Christus audiuit, sed etiam omnes adstantes, ita vt quidam dicerent esse tonitruum, alij vocem Angeli, nullus tamen iudicauit fuisse humanam, sed mirabiliter de cælo allatam, ac proinde diuinam circa Christi personam testificantem. Cur autem discipuli clarè intelligunt vocem in Thabor, non verò hic turba altantes ex D. Paschasio tractaui supra cap. 8. quæst. 30. num. 252. Quæ sunt videnda.

Paschas.

Ioan. 12. n. 30. Respondit Iesus, & dixit: Non propter me hæc vox venit, sed propter vos.

Num. 31. Nunc iudicium est mundi: Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.

VERSIONES.

Syriacus n. 30. Et dixit eis non propter me extitit hæc vox.

Vatablus. Edita est hæc vox.

D. Hilarius. Venit de cælo hæc vox.

Arabic. n. 31. Iam præfens est nunc iudicium mundi huius.

S. Paulin. ep. 1. Nunc princeps harum tenebrarum eiicitur.

D. Prosper. de Princeps mundi huius mis vocat. gent. lus est deorsum.

S. Gaudentius Nunc iudicium est mundi huius, nunc princeps huius mundi mittetur deorsum.

EXPOSITIO IV.

60.

Chryost.

Theophyl.

NON propter me hæc vox venit. Quamuis hæc vox ad me directa fuerit, non tamen propter me prolata est, vt aliquid, quod ignorem mihi manifestet. D. Chryostomus: Non vt aliquod ab ea voce mihi ignoratum audiam: omnia enim Patris vni. Non enim Christus indigebat illa voce; optimè enim ipse sciebat, se à Patre clarificatum, & clarificandum; sed propter vos. Venit hæc vox, vt credatis me esse veram Dei filium, verumque Messiam in lege promissum, meque omnia dicere, ac docere, quæ sunt Patris mei. Theophylactus, Sylueira in Euang. Tom. IV.

Vos opus habetis, vt ducatis, quod non sum aduersarius Deo, sed in gloriam nominis Dei. Ita S. Augustinus, Chryostomus, Beda, Rupertus, D. Cyrillus.

August. Chryost. Beda.

Nunc iudicium est mundi. Immediate antea vox cælestis testificauit Christum Iesum à suo Patre clarificandum; quomodo autem clarificandus sit, ipsemet Iesus explicat, per iudicium nempe mundum liberans, ac diabolum damnatione afficiens. D. Chryostomus, Cum Pater dixisset: Clarificabo: modum indicat Christus. Id est princeps huius mundi eiicietur foras.

61.

Nunc iudicium est mundi. Id est: nunc instat iudicium mundi, siue hominis; hominem mundum appellauit, iudicium autem iustum sententiam dicit, quæ quidem ferenda erat à Deo supremo omnium iudice, vt mundus liberaretur à dæmonis potestate, non propter iustitiam ipsius mundi, qui reus erat, sed propter Christi iustitiam, qui morte sua mundum eripuit à potestate dæmonis, & sibi applicauit; ac proinde, quia nunc instat mea mors, quæ post tres dies ei erat inferenda; ideo etiam instat iudicium, ac sententia, per quam homines à peccato, ac potestate, & tyrannide dæmonis liberentur.

62.

Nunc. Id est modo citò per meam mortem; antea per Dei gratiam Abrahamus, Dauid, ac alij fuerunt liberati à potestate dæmonis, quomodo dicitur in præfenti? Nunc. D. August. tract. 52. in Ioan. Eiectus est Satanas de cordibus Patriarcharum, & Prophetarum, veterumque iustorum, quomodo ergo dicitur est: Nunc eiicietur foras? Quomodo putamus, nisi, quia tunc quod in hominibus paucissimis factum est, nunc in multis, magnisque populis, iam mox futura esse, prædictum est? Dicam etiam, Omnes illi Patres antiqui liberati sunt virtute Crucis, ac mortis Christi tanquam anticipata solutione ex pretio soluendo per Christum. Ait ipse modo. Nunc, instat scilicet tempus, vt pretium soluator mea morte, omnesque ipsa eripiantur à potestate dæmonis.

63. August.

Princeps huius mundi. Diabolus nempe sic dictus, vt explicant in præfenti N. D. Cyrillus, & D. Augustinus de Agone Christi cap. 3. quia ipse in toto ferè orbe in idolis, ac diis Gentium tanquam Deus, & princeps colebatur; mundi, id est, mundi iniquorum, in quorum cordibus regnabat. D. Augustinus tract. 95. in Ioan. Aduersus mundi rottores tenebrarum harum, Ephes. 6. Eiicietur foras. Eiectis idolis, in quibus venerabatur; deinde eiicitur, quia Christus eius vires fregit, nunc enim nec totus, nec tam validè, sicut ante tentate potest homines; per Christum enim multa gratia largitur, qua si velint, possint omni tentationi resistere.

64. Cyrrill. August.

Ephes. 6.

QVÆSTIO XI.

Quare instante Christi morte dicitur iudicium esse mundi?

LEVD, quod Christus ait in præfenti: Nunc iudicium est mundi. Hoc autem iudicium multipliciter interpretatur à sanctis Patribus. Primò. N. D. Cyrillus lib. 8. in Ioannem, cap. 16. & 17. D. Augustinus tractat. 52. in Ioan. Beda. Hoc intelligunt de iudicio discretionis. Nam per Christi mortem, ait D. August. Millia credentium à dominatu liberantur diaboli, Christi

65. Iudicium vniuersum accipiunt.

Cyrrill. August. Beda.

TTt 3 corpori